

## CXXX. Montefano et vicinia.

Qui hoc capite continentur tituli reperti sunt in tractu inter Ricinam et Auximum in oppidis Appignano Filottrano Montoro Montefiore Montefano. Ex his duo tituli n. 5815. 5816 reperti Montefani et in vico proximo Montefiore ita comparati sunt, ut probabile sit ibi rei publicae alicuius sedem fuisse; ea autem quaenam fuerit, nescimus. Nam quam Montefani vel potius inter Montefanum et Filottranum collocare solent (v. Colucci ant. Pic. 3 p. 384—399. 15, 226) Beregram antiquam (*Beregrani* Plinius 3, 13, 144, ubi primam litteram ordo alphabeticus tuetur; Βέρτρα Ptolemaeus 3, 1, 58; *Veregranus ager* liber col. pes-

simae recensio p. 259, ubi primam litteram ordo item defendit), eam in mediterraneis collocant Plinius et Ptolemaeus, in agro Praetuttiano Ptolemaeus, id quod quodammodo confirmat liber coloniarum agrum eum scribens eadem lege contineri atque Teatinum. Itaque Beregra neque ad Montefanum fuit, nec magis, ubi alii (v. c. CXXV p. 546) eam collocant, ad S. Victoris prope Tavignanum, sed in confiniis potius agri Piceni et Praetuttiani. Neque obstat fragmentum exile n. 5822 fortasse non confictum, sed certo temere lectum.

5814 Montori, quod castrum distat III m. p. a Filottrano totidemque a Montefano, rep. a. 1789, deinde apud Caesareum Gentiloni COLVCCI. Hodie Auximi in domo Bellini.

ab una parte:

mi<sup>h</sup>IRVII

ab altera:

C · OBO  
IN · PAVI<sup>mentum</sup>  
MAGIST<sup>er</sup>  
PAGI

Descripsi titulum priorem; alter hodie in muro latet. Utrumque ed. Colucci 15, 226 ex epistula Francisci Menicuccii scripta 28 Sept. 1789.

5815 litteris magnis et pulchris. Montefani in ecclesia collegiata S. Donati.

S · VII · VIR  
A V G V S T I  
P A T R · C O L

Recognovi. Matthaëus Cipriani in epistula scripta Montefani 12 Mart. 1747 apud Raffaellium ms. p. 501; Raffaelli ms. p. 135; Lancellotti ms. f. 94; Nov. Flor. 1752, 724; Turchi Camerin. sacr. (Romae 1762) p. 54; Luc. Fanciulli *ant. crist. di Cingoli* (1769) p. 296; Colucci 3, 395 a canonico Reposati.

5816 litteris maximis et pulcherrimis. Montefiore prope Montefano rep., ut narrarunt mihi Recanatenses, extat Recanati in hortis Leopardi.

Q · V S · P R  
E T · I M P · P A T

Descripsi.

Fortasse duo fragmenta haec titulorum duorum gemellorum reliquiae sunt. Referri possunt ad L. Munatium Plancum consulem a. 712 (cf. vol. X n. 6087) sic fere: [L. Munatius Plan]cus pr., [cos., cen]s., VII vir [epul., leg.? imp. Caes.] Augusti, [triump. ex Ra]et(is), imp., patr(onus) col(oniae).

5817 Montefani in ecclesia collegiata.

rosa  
D I S · M A N I B  
M O S C H I D I  
P R I M I G E N I V S  
C O N T V B E R N A L  
5 E T · C · C V S I N I V S  
C Y P H A E R V S  
B M

in postica:  
ascia

Mur. 1483, 9 a Frid. Paulo Ponticellio; Olivieri ms. Pis. 446 f. 11, cui misit Io. Fr. Ripantius; Matth. Cipriani apud Raffaellium ms. p. 501; Lancellotti ms. f. 94 et apud Raffaellium ms. p. 129. 135 (inde Nov. Flor. 1752, 724); Lucas Fanciulli *oss. crit. sopra le ant. crist. di Cingoli* (Osimo 1769) p. 296 (inde Colucci 3, 396).

4 sic Lanc., CONTVBERNAL Fanc., CONTVBERNAL reliqui. — 5 ET] H Fanc. — CVSINIVS reliqui, CASSIVS Mur. — 6 CYPHERVS Nov. — 7 B·M Lanc. Mur., om. Fanc. — DIS·MANIB·MOSCHID·PRIMICINIVS·CONIVBERNAL·ACCVSINIVS·CYPHARVS Cipriani.

5818 Montefani in aede collegiata.

R B I S  
N T I P L A R A R I  
A T R I · S T E F A N I C I  
P A T R O N O · B E N E · M E R E T

Fanciulli *oss. crit. sopra le ant. crist. di Cingoli* 1769 p. 296 ligno expressit (inde Colucci 3, 396).

5819 Filottrani rep., est Firmi in museo Miniciano.

Q · V E T U R I · T · L · A T H A M A E  
A R I S T H O M A C E · S A L V E

Recognovi. De Minicis *iscr. Ferm.* n. 657.

Q. Veturi T. (liberte) Athamane Aristhomace, salve.

5820 Appignani nella facciata del palazzo priorale.

protome  
/// P · f. V E L · P A T R ///  
protomae duae

Lucas Fanciulli *ant. crist. di Cingoli* (1769) p. 398 aere expressit (inde Colucci 3, 397).

5821 Montefani apud comitem Caesarem Volponi.

T L  
I A M E N I  
C I A E · S E X

Descripsi.

5822 triginta abhinc annis in platea Montis Fani vidisse me memini TVRCHI (1762). Extare negat FANCVLLI *oss. crit. sopra le ant. crist. di Cingoli* 1769 p. 296.

VEREG

Turchi Camerinum sacrum (Romae 1762) p. 53; (inde Colucci 3, 393. 396).

Si non conficta est, ut Montefano Beregrae nomen in Veregram corruptum adsereretur, certe ob eam ipsam causam male lecta est. Fortasse est ipsa n. 5820 postea translata Appignanum.